



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

Dominica decima sexta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

mus consolationis, patientiæ, & man-  
suetudinis verbum. Hæc lex evangelica.  
Quâ mensurâ mensi fuerimus, remetie-  
tur nobis.

*Instructio meritoria.*

Reflexè attendamus, ut hodie ne-  
minem (præcipuè nullum ex superio-  
ribus, vel confratribus) offendamus, sed  
ubique debitam in eos charitatem, & re-  
verentiam promoteamus, verba offen-  
siva, acuminosa, & pungitiva impedia-  
mus, & omnium paci, ac tranquillitati  
studeamus. Quapropter coram San-  
ctissimo, vel in cubiculo coram Crucifixo flexis genibûs *Litanias de omnibus*  
*Sanctis* offeramus pro stabilienda in cor-  
dibus nostris perpetua charitate, man-  
dante Christo Jesu: *Mandatum novum*  
*do vobis, ut diligatis invicem, sicut di-lexi vos.*

Dominica XVI. post Pentecost.

EXHORTATIUNCULA I.

**F**illi! consideret, obsecro, quomodo  
invidi Pharisei omnia Christi ob-  
servent vestigia, ut invenirent materiam,

F 7 eun-

134 Dominica XVI. post Pentecosten.

eundem arguendi de peccato. Sed fru-  
strà. Firmior inde stetit Christi Inno-  
centia; ipsi verò suô miseri tabuerunt  
livore. Plerumque invidia interficit se.  
ipsam. O igitur malum virulentum!  
fugiamus : Est enim (teste S. Basilio)  
*diaboli inventum.*

*Instructio meritoria.*

*Charitas vetat*, ait Didacus stella, *ne*  
*quid mali proximis suspicemur*. Deli-  
quimus in hoc sæpè mi fili ! satisfacia-  
mus, & vel hodie in discursu, conversa-  
tione de proximo semper bona, utilia, &  
consolatoria loquamur, & proferamus.  
Et si non possumus, prorsus taceamus.  
Ut Deus invidias, & judicia impedit te-  
meraria, recitemus Psalmum : *Benedi-*  
*cam Dominum in omni tempore &c.*  
cum S. Augustini desiderio : Rector  
meus ! tolle invidiam, & da tuam Cha-  
ritatem.

II.

**F**ili dilectissime ! quale audio præce-  
ptum ex hodierno Evangelio ? *Da*  
*huic locum* : Lego in eo. Sed cui? soli  
& unico Deo. *Huic omnis debetur ho-*  
*nor*



nor, & gloria. Procul igitur cum fastu,  
& arrogantia ! ab hac initium sumpsit  
omnis perditio.

*Instructio meritoria.*

Altæ in nobis assurgunt cogitationes ?  
de officiis ! de honorum titulis , de mul-  
tis , ac magnis studiis ac scientiis etiam  
in futura meditamur tempora ? heu ! non  
demus his locum : Sed Deo, & religio-  
sa indifferentia , ore & corde nobiscum  
illud Christi repetentes : *Non veni face-  
re voluntatem meam, sed ejus, qui misit  
me.* Et ut vincamus eò celerius, speciale  
propositum circà hoc superbiæ genus  
examini particulari , & generali inser-  
mus ; certò expugnabimus. In adora-  
tionem morientis ex humilitate Jesu ex-  
pansis brachiis recitemus 34. *Pater &  
Ave.* In humilitate Dei Unigenitus cæ-  
pit, continuavit, consummavit. *Quid  
superbis terra, & cinis ?*

III.

**E**st & aliud Christi consilium pro  
conservanda charitate , & Christiana  
humilitate. Dicit enim : *Non di-  
scumbas in primo loco.* Honorare om-  
nes

136 Dominica XVII. post Pentecosten.

nes homines, semper pium, justum, & sanctum : Velle seipsum : semper periculoseum, quia superbum. Fili! volumus amari ? amemus. Honorari? honoramus. Honor honorem provocat.

*Instructio meritoria.*

Sed quomodo exhibendus honor? politici honorant pedibus : nos capite, & humili corde. Nec simus acceptores personarum. Quotquot, & quales nos transeunt, salutemus, & salutandō veneremur. Si obviaverint inimici, vel nobis minus devoti, aut accepti, duplēmus, ut duplō major sit victoria. Virtuti tribuamus locum, non passioni. Dicamus Psalmum : *Domine! quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt adversum me &c.* & pro omnibus adversariis addamus *Officium minus de quinque Vulneribus Jesu.* Ab his discamus diligere inimicos.

Dominica XVII. post Pentecost.

EXHORTATIUNCULA I.

**O** Fili? quid turpius humanā astutiā? en! hodie omnes Pharisei Christum